



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

MCCXV. Markgraf Johann von Brandenburg genehmigt die Verpfändung
der Mark Brandenburg, mit Ausnahme seines Antheils, welche König
Sigismund an Jobst und Procop von Mähren vorgenommen hat, am 3. Juni

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56104)

bus Patruis nostris etiam providere de futuris promittimus, spondemus et pollicemur, quod ex tunc in ipsos Marchiones, heredes et succesores eorum, dictam Marchiam cum omnibus juribus, dignitatibus et pertinentijs quibuscunque transferre debeamus, et virtute presentium ex nunc prout ex tunc transferrimus transfundimus et transmittimus in eosdem Nihil nobis Jurisdictionis vel dominij reservando, etiam quoad Electionis vocem atque expresse renuntiamus pro nobis et successoribus nostris nec volumus nec intendimus ex tunc uti frui vel potiri aliquibus usibus Insignijs vel Cerimonijs ad proprietatem Marchionatus pertinentibus quovis ingenio vel colore, Rogantes et requirentes Serenissimum principem et Dominum Dominum Wenceslaum Romanorum et Boemie Regem vel qui erit pro tempore Regem Romanorum, ut post lapsum prefati temporis nos a dicte Marchie fevdo libere absolvat, et memoratis Marchionibus Moravie dictam Marchiam Brandenburgensem, ad nostram hujusmodi Renunciationem, quam pro sufficienti habere volumus incorporet, et cum solemnitatibus solitis infevdet, eosque investiat de universis Juribus et pertinentijs ejus, quovis titulo spectantibus ad (sic) Nulla nostra voluntate, renuntiatione vel mandato ulterius expectatis, ratum gratum et firmum perpetue habituri quidquid per prefatum dominum Regem, vel qui erit pro tempore, circa Infeudationis Jura Factum fuerit vel ordinatum. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum autenticum, de nostra certa Scientia presentibus est appensum, Datum in Schintavia, Feria sexta proxima ante festum Sancte et individue Trinitatis, Anno Domini Millesimo Trecentesimo octogesimo octavo.

Ebendaßer von Wolny mitgetheilt.

MCCXV. Markgraf Johann von Brandenburg genehmigt die Verpfändung der Mark Brandenburg, mit Ausnahme seines Antheils, welche König Sigismund an Jobst und Procop von Mähren vorgenommen hat, am 3. Juni 1388.

Johannes Dei gracia marchio Brandenburgensis et Lusacie et dux Gorlicensis Notum facimus tenore presencium vniversis, Quod cum Serenissimus princeps dominus Sigismundus Rex Vngarie Dalmacie etc. frater noster carissimus Illustribus principibus Jodoco et Procopio Marchionibus Moravie patruis nostris carissimis Marchiam Brandemburgensem cum suis vniversis pertinencijs excepta nostra porcione, que per Serenissimum principem et dominum Karolum Romanorum Imperatorem et Boemie Regem diue memorie nostrum Genitorem prout in Litteris eiusdem continetur nobis facta existit, pro certa summa et quantitate pecunie ad quinque annorum spacium continue revolvendum obligasset sub hujusmodi condicione et casu, quo dictam Marchiam infra dictum spacium de prefatorum Marchionum manibus non redimeret cum effectu, quod tunc elapso dicto quinquennio ad ius et hereditariam proprietatem eorundem Marchionum venire et cadere deberet ipso facto, prout hec eadem obligacio cum suis condicionibus in literis eiusdem domini Regis desuper confectis sufficientius expressatur. Nos igitur ordinationem obligationem et hereditariam deuo-

lucionem cum suis condicionibus per prefatum dominum Regem predictis Marchionibus factas ratas et gratas haberi volentes ad eandem prouida deliberacione de certa nostra sciencia nostrum dedimus consensum pariter et assensum et virtute presencium damus et Largimur Promittimusque et pollicemur, quod quam cito predicta Marchia Brandenburgensis post predictum quinquennij spatium ad prefatorum Marchionum proprietatem ex non (facta?) liberacione antedicta deuenit, quod omnes dicte Marchie Prelatos, Episcopos, Comites, Barones, Nobiles, Vasallos feudales et vniuersas Civitatum et Opidorum communitates a Juramento fidelitatis quo nobis sunt astricti, Liberos dimitemus et solutos, quos ex nunc prout ex tunc omnimode relaxamus, Expresse consencientes Translacioni, Incorporacioni, Inuestitioni, Infeudacioni et appropriacioni predictae Marchie Brandenburgensis cum accidencijs eius vniuersis, Rogantes et Requirentes Serenissimum principem dominum Wencellaum Romanorum et Boemie Regem uel qui quo tempore fuerint ut post lapsum prefati quinquennij prefatis Marchionibus Moraue dictam Marchiam Brandenburgensem ad huiusmodi nostrum consensum et renunciacionem, quas pro sufficientibus haberi volumus, incorporet et cum sollempnitatibus solitis infeudet, eosque iuxta prefati fratris nostri domini Regis Vngarie literarum continenciam inuestiat de vniuersis Juribus et pertinencijs eius quouis titulo spectantibus ad eandem, Nulla voluntate Renunciacione uel mandato vltcrius expectatis, Ratum et gratum et firmum perpetue habiturj quidquid per prefatum dominum Regem uel qui erit pro tempore circa infeudacionis Jura factum fuerit uel ordinatum, Promittentes eisdem eciam patris nostris Marchionibus Moraue, si aliquis in predicta Marchia de huiusmodi nostra absolucione nollet contentari, eundem quam cito ad nos venerit a Juramento suo absoluere et omnimode relaxare. Datum Schintawie Anno domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo octauo, feria quarta infra octoavas corporis Xsti.

Nach einer von Wo lny von dem im Mährischen Stände-Archiv befindlichen Originale mitgetheilten Abschrift.

MCCXVI. König Sigismund bekundet, daß Markgraf Jobst, dem er die Mark Brandenburg verpfändet habe, alle Lehne zu verleihen habe und alle Angefälle empfangen, so wie alle Rechte der Markgrafschaft genießen solle, am 4. Juni 1388.

Wir Sigmund, von Gots Gnaden König zu Vngern, ze Dalmacie, ze Croatia etc. Vnd Margraf ze Brandenburg etc. Bekennen öffentlich mit dem Brife, All wir die Marchke zu Brandenburg gantz mit aller irer Zugehorungen den Irluchten Fürsten Herrn Josten und Herrn Procoben, Margrauen ze Merhern, vnsern liben Vettern, recht und redlich verfaczt haben fur eine benante Summe geldes, daz ander vnser Brife wol bas beweisen, vnd vsagen, die wir yn darober haben gegeben, also haben wir bestelt, geschickt und geschafft mit dem egenanten Herrn Josten vnserm Veter, schiken, schoffen von rechter vnser willen, vnd wollen, mit Kraft des brifes, daz der selber Herre Joste vnser Veter alle lehen, geistliche vnd weltliche, sol zu leihen haben vnd an yn khomen fullen, mit gantzer